

Im Amphitheater (nach Lumina, Lektion 10)

1) Marcus cum Sexto amico in amphitheatrum it. 2) Hodie enim pueris pugnas gladiatorum spectare licet. 3) Cum intrant, iam multi homines adsunt. 4) Tandem cuncti gladiatores arenam intrant et editores munerum salutant. 5) Tum aediles gladiatores dimittunt, et paulo post duo gladiatores veniunt. 6) Thraci ferrum est, sed alter gladiator fuscina armatus est. 7) Postremo adversarius Thracem vulnerat et vincit. 8) Post alias pugnas tres gladiatores in arenam ineunt. 9) Subito cornicen signum dat, et ursus apparet. 10) Turba gaudet et magno clamore ursum homines adire iubet ...

3 cum: „als“ **4** tandem: „schließlich“; editor, is *m.*: „Veranstalter“; munus: (*hier:*) „(Gladiatoren-) Kampf“ **5** aediles, -ium *m.pl.*: „Ädilen“ (*Beamte, die u.a. für die Veranstaltung von Spielen zuständig waren*); paulo post: „bald darauf“; duo: „zwei“ **6** Thrax, -cis *m.*: „Thraker“; alter: „der andere“; fuscina: „Dreizack“ **7** postremo: „schließlich“; adversarius: „Gegner“; vincere: „(be-) siegen“ **8** tres: „drei“ **9** cornicen, -cinis *m.*: „Hornbläser“; ursus: „Bär“

De bello Troiano (nach Lumina, Lektion 13)

1) „Scitisne causam belli Troiani, pueri?“, Theophilus magister discipulos suos interrogavit. 2) „Scio eam!“, Marcus respondit. 3) „Causa fuit femina pulcherrima, Helena nomine! 4) Eam Paris secreto abduxit, quamquam uxor Menelai regis erat!“ 5) „Bene, Marce!“, magister puerum laudavit. 6) „Et quid fecit Menelaus, Quinte?“ 7) „Is“, Quintus inquit, „Paridi valde suscensebat et Helenam, uxorem suam infidam, repetebat. 8) Agamemno, frater eius, et alii reges Graeci eum adiuwabant. 9) Postremo etiam contra Troiam, urbem firmam et opulentam, bellum inceperunt.“

1 Troianus, a, um: „trojanisch“ **6** fecit *Perfekt zu* facere (facere, facio, fēci) **7** repetere: „zurückverlangen“ **8** Graecus, a, um: „griechisch“ **9** postremo: „schließlich“; contra: „gegen“